

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.

Zespół (fond) 4.

Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

1040. Acta appellationis in causa Dni Gasparis a Schenk Baronis in Sattenburg. Mandatarii...

Comitissa de Denhoiff, Starościna Wiślicka, secundo voto in maritali assistenta. S. Excell...

Generalis de la Motte... et Petri Wast. Oliva 1709.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

ЛЬВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ім.
В. СТЕФАНИКА НАН УКРАЇНИ

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

ФОНД

4 (Бав.)

ОПИС

1

ОД. ЗБ.

1040

1040

IV 217

Acta APPELLATIONIS
in Causa

Sit. Dni Casparis à Schenk Baronis in
Sattenburg Mandatarii Urinae Dnae quon-
dam Viduae Comitissa Catharinae de Doenhof
Staroscina Wislicka modo ex secundo voto
in maritali Assistentia S. Excell. Dni Ge-
neralis de la Motte Actoris et Appellati
ab una et Spblio Petri Wast conventi et
Appellantis ab altera parte a Nbli Judiciio
Advocatioli post interpositam et delatam
Appellationem ad requisitionem Partis
Appellantis ex germanico fideliter in lati-
num translata atq; extradita sequenti
tenoris.

4
Vble Iudicium Advocatiale
Olivense Subli Dno Petro Wast tan-
quam possessori Aula Emphyteutica
Polanka per presentes ad notitiam de-
ducit, quatenus (Fit) Dnus Baro Schenk
de Sattenburg tanquam substitutus Man-
datarius sua Excell. Dni Generalis de la Motte
Plenipotentis et Assistentis Mariti secundi
voti Alma Dna Catharina nata Potocka
quondam Vidua Comitissa de Doenhoff
Paroscina Wislicka in Officio Advocat-
iali comparuerit, et nomine prememo-
ratae Dne Principalis propulsuerit, qua-
liter tractatus Dnus Petrus Wast
cum Eadem Domina usq ad debitum con-
sensum a Rndissimo Dno Abbate illius
temporis et Vbli Conventu extradendum die
Ota mens. Septemb. anni 1697mi super emptione
et venditione Aula Emphyteutica Polanka
privatum in scripto convenerit, et porro teno-
re illius Contractus empti et venditi ad ra-
tionem 2500 flor. in parata pecunia accepe-
rit, verum nullum debitum Consensum
illo tempore procuraverit, ut traditio et intro-
missio

missio aula subsequi potuisset, ita ut Dna
 Principalis, contractu imperfecto et minus
 consummato existente ab hinc distedere
 fuerit necessitata, ex post facto vero
 cum ipso ad nullum negotii exitum amica-
 bili modo pervenire potuerit. Proinde Dnus
 Mandatarius petit citationem partim ad pre-
 viam productionem Consensus ex Lancellaria
 pie defuncti Rndsmi Dni Abbatis Flabii
 et Vblis Conventus super pretacto emptionis
 contractu inscripto exportati, partim pro ra-
 tione facta desuper declarationis ad audiendu
 actionis libellum, addita pramonitione, quia
 præsens causa emptionem et venditionem
 aula Emphiteuticæ concernit, an sit valida
 vel invalida, an legitimus desuper consensus
 adsit vel deficiat, an aula adhuc sit tradenda,
 an vero prenumerata in eam pecunia sit
 restituenda, et quæ aliæ huic causæ sunt connexæ
 quod in foro rei sitæ Jurisdictionis Olivensis
 sit disceptandum. Quandoquidem rebus
 sic stantibus parti petenti requisita cita-
 tio de jure denegari non potuit; Cæ prop-
 ter Dnus Petrus Wast tanquam possessor
 Aula Polanka ad instantiam saepe memo-

rati Plenipotentiis per presentes pro futura
 d: 7^{ma} Maii anni currentis hora audiendarum
 causarum solita in causa hac summaria, pere-
 grinos et itinerantes concernente, peremptorie
 adicitatur ad comparendum coram N^{ob}li Advo-
 catiali Iudicio vel per se vel per legitimum
 Mandatarium et tam ad se declarandum ratione
 petita productionis legitimae Consensus super
 preactam venditionem aula Polanka, quam
 ad audienda partis actoris petita, et ad atten-
 dendum jus suum in contrarium competens,
 sub annexa comminatione, sive compareat
 sive non, quod nihilominus ad partis instantiam
 porro in hac causa statuatur et decernetur,
 quod Iuris est, idq; iure mediante. Datum Olivae
 die trigesima Aprilis Anno 1709.

Actum coram Iudicio Advocatiali
 Oliv. die 7 Maij 1709. —

Coram N^{ob}li Advocatiali Iudicio comparet post
 exportatam literalem Citationem (Sic) D^{ns} Caspar
 de Schenk Baro in Lattenburg tanquam
 substitutus Mandatarius Sua Excell. Dⁿⁱ. Gene-
 ralis de la Motte, tanquam Mariti secundi voti
 et quoad hanc causam specialis Plenipotentiis
 sua Consortis Ill^{mae} D^{nae} Catharinae, quondam
 Viduae Comitissa de Donhoff Staroscina Wyszlicka

prin

principalis Actricis et cum reservatione omnium
 Juris beneficiorum previa protestatione de In-
 juris, ulteriori morâ, damnis et expensis tam
 causatis quam causandis contra Silem Petrum
 Wast tanquam Possessorem Emphiteutica aula
 Polanka breviter loco libelli actionis proponit,
 qualiter Dña Principalis Actrix die 6 Septem-
 bris anni 1697 cum convento Conventione rati-
 one venditionis et emptionis sua predicta sub
 Jurisdictione Olivensi Vobis Monasterii et jure
 Emphiteutico ad illud spectantis aula Polanka
 inierit, super qua tunc temporis contractus
 in scripto formatus, et ad rationem pretii summa
 duorum millium et quingentorum florenor præ-
 numerata fuit, sub spe, fore, ut legitimum in-
 scripto Consensum subscriptum et sigillo
 communitum Prætoris ac Rndmi illius temporis
 Dn. Abbatis et Vobis Conventus extraderet,
 quò Dña principali Actrici, aut ejus ad hoc
 substituto Mandatario aula empta obtento
 Consensu circa numerationem residui pre-
 tii traderetur illaq in eam debito modo intro-
 mitteretur. Quandoquidem verò Conventus
 hisce omnibus nulla ratione satisfecit, dum
 prædictum Consensum non exportavit,
 neq

neq; in legitima forma cum subscriptione et sigillis Fratris et Reverendissimi illius temporis Dni Abbatis et Vobis Conventus producere valet, unde Contractus emptionis conventionalis nullam substantiam et juris effectum unquam acquisivit, sed Conventus porro aq; ac antea in possessione et usufructu aule mansit, e contrario pecuniam 2500 Florid^m ob causa aule acceptam, licet neq; consensus nec intermissio secuta sit, aut sevari potuerit, in sua potestate et usufructu retinuit neq; ad amicabilem denunciationem et repetitionem acceptas pecunias restituere voluit, non attento quod Dna Principalis Actrix ter ea propter ex Polonia huc venerit; Proinde Actorea pars cognitioni Nobis Iudicii Advocatialis submittit, quatenus Conventus non solummodo 2500 Florenos ob causam empti acceptos, causa non secuta restituendos, sed etiam ad usuras ratione Capitalis summe pro suo usu retenta a tempore denegati Consensus, et factae Repetitionis ex mora debitas solvendas, ut et ad expensas praesertim ob triplex iter et hunc Processum causatas refundendas reus declaretur, idq; jure mediante.

Salvo omni jure reliquo.

Conventus Dnus Petrus Wast personaliter comparens petit terminum respondendi ad octiduum salvo jure reliquo, et quoniam propter
 alia

alia negotia ipse in persona comparere non potest, Dñum. Gottfried Schmidt pro suo Mandatario constituit, qui praesens Mandatum in se suscepit quod processum, id quod concessum est.

Actum coram Iudicio Ad.
vocatiali die 19 Maij 1709.

In termino respondendi compareret Dñus Gottfried Schmidt tanquam Mandatarus Splis Dñi Petri Wast et exhibet quoddam scriptum. Et ubi post praelectionem illius Actorea pars intellexit, quod debeat esse Exceptio fori declinatoria, contra illius admissionem sequentem petitionem in instanti ore formavit.

(Act) Dñus Caspar Schenk Baro de Tattenburg Actor contra Dñum Petrum Wast Conventum contra productam ab eius Mandatario Exceptionem fori declinatoriam dicit quod iste ad productionem talis Exceptionis nullum hodie habeat terminum, quia tam principalis ipse Dñus Peter Wast quam eius Mandatarius ad emanatam Fixationem hujus Iudicii Advocatialis in primo termino comparuit, ad respondendum se obstrinxit, et illud agnovit Jurisdictionem hujus Iudicii Advocatialis se submisit. Cum alias, ~~si~~ si intentionem habuisset ejusmodi Exceptionem opponendi, in primo statim termino, et circa

reproductionem citationis id fieri debuisset.
 Quia verò id tunc temporis factum ^{non} est, idcirco
 etiam perdidit facultatem amplius opponen-
 di talem exceptionem. Petit itaq; Mandata-
 rius Actor, ut Conventus cum sua ita dicta
 Exceptione fori declinatoria à limine iudicii
 repellatur et ex adverso, quia iam Jurisdictio-
 ni Suius Iudicii se submitit, ut proximo ter-
 mino Feria quinta directe sub poena amissi-
 onis respondere jubeatur idq; jure mediante
 simul petit Mandatarius Actor, quandoquidem
 Ipsius Principalis modo personaliter in loco
 presens est, et potissimum propterea hic mo-
 ratur, pro causa et processu prosequendo,
 proinde petit, ut suo Principali Sui Hospi-
 tum indulgeatur, et consequenter Convento
 omnia non necessaria et tantum ad pro-
 tractionem litis conducentia, efugia pras-
 cindantur, et prohibeantur.

Mandatarius Conventi Dni Petri Hast proxima
 Feria quinta vult responsionem inferre. Iudicium
 Advocatiale hoc quidem concessit, sed ut Man-
 datarius ore respondeat idq; sub amissione
 responsionis, jure mediante.

f. Ex quo ex Partis utriusq; mutua conventionem
 Controversia super Foro, inquam intra vit
 etiam

etiam Instigator officii, in his Actis, Appellatio-
nis omittenda venit, uti ea paritate etiam con-
troversia super Preparatoriis litis, sequitur Ac-
tis Exceptionis peremptoriae loco Litis Con-
testationis :

Actum coram officio Ad,
vocatiali Olivensi die 4 Junij 1709.

In termino ex Actis proveniente compa-
ret (Tit) Dñs Caspar à Schenk Baro de
Tattenburg nomine Illrma Dña quondam
Vidua Comitissa de Doenhoff modo in
assistencia sua Excell. Dni Generalis
de La Motte Mariti secundi voti, Actricis
principalis et quae videt Mandatarium
Spblis Dni Petri Wast Conventi praesertem
urget, ut ad libellum pro facta sua submis-
sione respondeat. Spblis Mandatarius
Gottfried Schmidt attendendo ~~terminum~~ terminum
sua submissionis ore praelegit sui Principa-
lis Exceptionem peremptoriam, quam et
ad Acta produxit sequentis tenoris:

Exceptio Peremptoria.

Spblis Gottfried Schmidt tanquam constitutus
Mandatarius Nblis Petri Wast Conventi ini-
tio contra (Tit) Dñum Casparum à Schenk
Baronem de Tattenburg tanquam substitutum

Mandatarium sua Excell. Dni Generalis Anthonii de la Motte tanquam Maritum et quoad hanc causam Specialem Plenipotentem sua Consorcii Ulrmae Dnae Catharina quondam Viduae Comitissa de Doenhoff Staroscina Wiszlicka Actricem principalem in haeret suis prioribus Pro- et Re-protestationibus et reservat sibi porro omnia Iuris beneficia quae ipsi ullo modo propter illata valde magna damna, cessationes negotiorum et expensas contra praememoratam Dnam Principalem Actricem possunt esse proficua.

Posthac Conventus Dno Actori opponit Exceptionem Peremptoriam, quod ipsi libellato modo contra Conventum nulla competat actio. Quippe in facto verum est, et sufficienter probari potest, quod pars Actorea praetactam Aulam a Convento pro Summa quinq; millium et quingentorum ^{bonae monetae} Florenos emerit. 2) quod ambae partes super legitimo Contractu desuper inter se convenerint et in scriptis formaverint. 3) quod Actorea Pars ad rationem praedicta Emptionis Convento duo Mille et quingentos Florenos parata in pecunia

nume,

numeraverit, et 4) residuum, prout debuit,
 ita in effectu solvere per literas appromissit.
 5.) quod Conventus non solum ante memoratam
 Dnā Principalem Actricem desuper saepius mo-
 nuerit, sed etiam ejus hic relictum Plenipo-
 tentem Sp̄lem Paulum Dieterich Gronau
 saepius interpellaverit ad solvendum residuum,
 ita ut hoc ultimo dictum satis demonstrat,
 Fundamento carere, quod illa ter ex Polonia
 huc venerit, quia Conventus nunquam in
 mora tradendi fuit, nec est. Quod autem
 praedicta Dnā Principalis Actrix praetexit,
 quod Dñs Conventus Consensum perillius ac
 Rndissimi Dñi Abbatis et vobis Conventus, qui
 tamen necessario requiritur, exportare non
 potuerit, quo ipso venditio et emptio suam
 vim et virtutem non obtinuit: ad hoc pro
 Responso expedit, quod praedicta Dnā
 Principalis Actrix vigore ipsius sub dato
 die 25 Februarij A. 1698. Konicii ad Con-
 ventum misfarum literarum talem acqui-
 sitionem Consensus à Convento in se re-
 ceperit, unde Conventus ex propria partis
 adversa submissione semel pro semper
 ab acquisitione liberatus et dimissus est,
 ita

ita ut saepe memorata D^{na} Principalis Actrix,
quod semel in se recipit, etiam ipsam et probare
re et sibi Consensum procurare debet.

Quibus suppositis Causa circumstantiis D^{na}
Principalis Actrix nullam Conditionem
causa data, causa non secuta contra Conventum
instituire, neq; iste ad refundendam in emptio-
nem numeratam pecuniam teneri potest.

Quoties enim causa non est secuta propter
Factum dantis, toties cessat conditio per Jura
vulg. et dd. commun. Proinde Conventus cog-
nitioni Nobis Iudicii Advocatialis submittit,
ipsum exaudiendum esse cum sua in Facto et
jure bene fundata Exceptione, et ad probatio-
nem ejus, quod in illa quoad Factum continetur,
admittendum, et ab impetitione Actore
Partis absolvendum; aut saepe memoratam D^{nam}
Principalem eò esse stringendam, ut Convento
(quia ad traditionem Aula paratus est) resi-
duum pretii unà cum Impensis et Interesse
solvere teneatur, idq; jure mediante. Quorsum
Conventus sibi in omnem eventum denuo
omni meliori modo reservat.

Omne jus reliquum Salvo
Actum coram Iudicio Avoca-

tiali Olivensi die 19 Junij 1709.

In termino ex limitatione incidente
comparet

comparet Dñs Caspar à Schenk Baro de Tatten-
burg substitutus Mandatarius sua Excell Dñi
Generalis Antonii de la Motte principalis
Mandatarii sua consortis Illrma Dña Catharina
quondam Vidua Comitissa de Doenhoff Actricis
principalis Contra Dnum Petrum Wast Conuen-
tum et infert suam Duplicam in scripto sequen-
tis tenoris:

Duplica. Dñs Caspar Schenk Baro de Tattenburg tanquod
substitutus Mandatarius Sua Excell. Dñi.
Generalis Antonii de la Motte quoad hanc
causam specialis plenipotentis sua Consor-
tis Illrma Dña quondam Vidua Comitissa
de Doenhoff Staroscina Wislicia Actricis
principalis pravia Repprotestatione de
nullitate omnium, quæ Conventus Petrus
Wast protestando sua nuper exhibitæ Ex-
ceptione inutiliter præmisit, et meliori
Jure anteriori Protestationi de Injuria, dam-
nis et expensis, à Convento in hac mani-
festa causa omnino temere causatis inha-
rens ut et cum reservatione omnium
ulteriorum Juris beneficiorum replicando
breuiter dicit, quod ab Actorea parte utiliter
acceptetur quia Conventus completam
emptionem pro quinq; millibus et quingentis
Florenis ratione hula questionis cum
Dña.

D^{na} Principali Actrici inuit. (2) Contractum super
 ista emptione in scripta formavit. (3) et duo Millia
 ac quingentos Flor. in parata pecunia ad rationem
 à D^{na} Principali Actrice accepisse fatetur. Ad
 (4^{um}) Punctum replicat substitutus Mandatarius
 Actor, quod D^{na} Principalis Actrix nunquam in
 mora solvendi residuum, sed conventus multo magis
 in mora rem emptam tradendi fuerit, et propterea,
 quia aulam libellatam nunquam tradere voluit,
 iniquissime illud quantum duorum millium et
 quingentorum Florenorum tamdiu apud se re-
 tinuerit, et in suum usum converterit. Præter
 hæc omni carens fundamento impetitio conven-
 ti existit, quando Alma D^{na} Principali Actrice
 acquisitionem Consensus super ista venditi-
 one in humeros devolvere satagit, quandoquidem
 non D^{na} Principali Actrici sed ipsi Con-
 vento, tanquam Venditori, eundem exportare
 incumbit, qui hic loci fuit, et quem tanquam
 Emphiteutam de jure Consensum ante ini-
 tum Contractum procurare oportuit, alias
 talis Contractus ipso jure nullus est, et ex-
 pediti juris est, quod talis Emphiteuta, qui
 absq; Consensu Emphiteus in suam vendere
 audeat, eo ipso in magnam poenam, imo
 in ipsam caducitatem incidat, prout in
 posterum suo tempore pluribus deduci potest.
 Multo magis Actorea pars offert se ad proban-
 dum et deducendum, quod, postquam conventus
 ipsi

ipsi scripsit, aut scribi curavit, Dñum Abbatem
 illius temporis nulla ratione ad dandum Consensus pro-
 pensum se ostendere; illa verò Convento ad hæc respon-
 deri curaverit, se amplius ad istam emptionem non
 esse adstrictam, sed pecuniã suam sibi retradi desi-
 derare, quod ex adverso Conventus ad hanc solutionem
 à longo tempore surgas aures habuerit, eoque non attenti,
 quod Dñã Principalem Actricem ad hanc prænume-
 rationem perduxit, Tandem nihilominus causã
 (ob culpam ipsius Conventi) non secutã compellat,
 ad pecuniã ob hunc per se nullum contractum
 emptionis prænumeratam per viam juris ab ipso
 repetendam. Cum in hoc puncto Causa totius causæ
 versetur, ideo Pars Actorea cognitioni Nobilis
 Iudicii Advocatialis submittit, Conventum,
 expeditis probationibus hujus puncti, cum sua
 ex aere apprehensa exceptione non esse exau-
 diendum, sed potius ex quo 2500 Florenos in
 emptionem Aula accepit, Consensumq; pro
 tali venditione non obtinuisse ipse fassus est,
 absq; omni ambage pronuncian-dum esse,
 quod Jus et Justitia postulaverit. Ad hæc
 Instigatoris Officii, ratione hujus, quod Conventus
 aulam quæstionis non habito Consensu vendere
 et pecuniã in talem venditionem accipere
 tam temerè ausus est, Actiones separata
 et omne jus reliquum Saluum omni meliori
 modo reservantur.

Actum

17
75

Actum coram Iudicio Advo-
catiali Oliv. die 20. Jun. 1709.

Duplica. Sp̄s Gouffried Schmiedt constitutus Manda-
tarius Dni Petri Wast presentat suam Duplicam
in scriptis sequentis tenoris
et Repliam à / Sit / Dno Gasparo Schenk Baron
de Sattenburg tanquam substituto Plenipotente sua
Excell. Dni Generalis Antonii de la Motte et ad
hanc causam specialiter constituti plenipotentis
sua Consortis Il̄ma Dna Catharinae quondam Vi-
dua Comitissa de Doenhof Staroscina Wislicka
Actricis nuper productam dicit, Sp̄s Dnus
Petrus Wast conventus pravia inhaesione Juris
anterioribus Pro. et Reprotestationibus jurisq;
reservatione duplicando breviter, quod conventi
illata Exceptio peremptoria per oppositam Repli-
cam nullatenus sit refutata, sed ubi firmo stet talo.
Quippe valde inconveniens apparet initio quando
pars Actorea illud utiliter pro confesso vult
acceptare, quod conventus excipiendo induxit,
nimirum, quod conventus (1) expeditam
emptionem aule questionis pro 3500 Flor.
cum Dna Principali Actrice contraxerit,
(2) Cum ipsa contractum super hac empti-
one formaverit et (3) 2500 Flor. in parata
pecunia ad rationem emptionis à Principali
Dna Actrice accepisse confessus sit. Hoc uti
dictum, valde inconveniens apparet, quando ad-
vertitur,

advertitur, quod, si secundum propriam partis adver-
 sa confessionem verum est, pro ut pro vero agnoscitur,
 tunc illud, quod Dna Actrix Principalis libellando
 asseruit, ut puta, quod ratione venditionis Aulae
 quastionis cum convento quidam tractatus conventi-
 onis factus sit, minus verum esse debet, quia
 manifesta differentia inter expeditam conclusam
 emptionem et inter tractatum conventionis
 super emptione reperitur. Proinde firmum per-
 manet, quod inter Dnam Actricem principalem
 et conventum expedita emptio hujus aulae sit
 confecta. Eodem modo etiam (utum) Exceptio-
 nis Punctum miserè refutatur, quia illud in
 asserto partis positum non est, quando ostendit,
 quod non in mora solvendi residuum, potius vero
 conventus in mora tradendi rem emptam
 fuerit, sed hoc prius probari debet, quia mora in
 facto consistit, ea autem quae facti sunt, probanda
 non autem ex partis assertioni, dijudicanda sunt.
 Nec ad rem facit quando pars Actorea porro pergit,
 quod impetitia hujus Conventi ^{us} ~~min~~ sit
 fundata, quando Illrma Dna Principali Act-
 trici acquisitionem consensu hujus Emptio-
 nis in humeros injicere satagit, quandoquidem
 talem procurare non Dna Principali Actrici,
 sed ipsum et convento tanquam Venditori in-
 cumbat. Quippe convento plane inique
 imputatur, quod iste Dna Principali Actrici
 onus acquisitionis consensu imponere velit,
 quod ipsi nunquam in mentem venit, sed
 conventus.

12
 Conventus hoc factum pro Fundamento sua
 Exceptionis peremptorie ponit, quod etiam
 mediantibus propriis literis D^{na} Principalis
 Actricis in continenti verificare potest, quod eadem
 omnes difficultates, quas Sua Serillustitas D^{ns}
 Abbas fecerit, in se suscipiat, et circa eas reme-
 dia sint inventura, conventus verò non haberet
 quod in minimo metue^{ret}, ita ut Sac ratione
 D^{na} Principalis Actrix hoc omne in se suscepit,
 et jam dicendum non sit, quod conventus ipsi invito
 illud imposuerit, consequenter, quod antea suis
 voluntatis, ~~quam~~ necessitatis sit factum.

Hoc itaq; est ejusmodi factum, in quocardo to-
 tius rei consistit, per consequens probatio illius
 convento adimi non potest ad quam conventus
 multo prius, quam D^{na} Principalis Actrix ad
 id, ad cujus probationem ipsa se offert, admitti debet,
 quia conventus in affirmativa, D^{na} Principalis
 verò tantum in negativa se fundat, ubi, quando
 illa verificata fuit, hac sua sponte dilabitur.
 Quod ultimo in Replia allegatur, quod Emphiteu-
 ta, qui absq; consensu suam Emphiteusin diven-
 dere audeat, ob id in magnam poenam, uno in
 ipsam caducitatem Emphiteuseos incidat,
 id ad presentem casum malè applicatur, quia
 ipsam et parte adversa fatente, hac emptio
 sub expressa hac conditione fuit expedita,
 ut consensus exportari deberet. Si hoc verum
 est, Domino directo nil præjudicii factum est,
 multo minùs à convento aliquid poenà dignum
 fuit tentatum, quia alias mira res proveniret
 si in

advertitur, quod, si secundum propriam partis adver-
 sa confessionem verum est, pro ut pro vero agnoscitur,
 tunc illud, quod Dna Actrix Principalis libellando
 asseruit, ut puta, quod ratione venditionis Aulae
 quastionis cum convento quidam tractatus conventi-
 onis factus sit, minus verum esse debet, quia
 manifesta differentia inter expeditam conclusam
 emptionem et inter tractatum conventionis
 super emptione reperitur. Proinde firmum per-
 manet, quod inter Dnam Actricem principalem
 et conventum expedita emptio hujus aulae sit
 confecta. Eodem modo etiam (utum) Exceptio-
 nis Punctum miserè refutatur, quia illud in
 asserito partis positum non est, quando ostendit,
 quod non in mora solvendi residuum, potius vero
 conventus in mora tradendi rem emptam
 fuerit, sed hoc prius probari debet, quia mora in
 facto consistit, ea autem quae facti sunt, probanda
 non autem ex partis assertioni, dijudicanda sunt.
 Nec ad rem facit quando pars Actorea porro pergit,
 quod impetitis Suis Conventi min^{us} sit
 fundata, quando Illud Dna Principali Act-
 trici acquisitionem consensu hujus Emptio-
 nis in humeros injicere satagit, quando quidem
 talem procurare non Dna Principali Actrici,
 sed ipsum et convento tanquam Venditori im-
 cumbat. Quippe convento plane inique
 imputatur, quod iste Dna Principali Actrici
 onus acquisitionis consensu imponere velit,
 quod ipsi nunquam in mentem venit, sed
 conventus.

Conventus hoc factum pro Fundamento sua
 Exceptionis peremptorie ponit, quod etiam
 mediantibus propriis literis Dna Principalis
 Actricis in continenti verificare potest, quod eadem
 omnes difficultates, quas Sua Serillustritas Dnus
 Abbas fecerit, in se suscipiat, et circa eas reme-
 dia sint inventura, conventus vero non haberet
 quod in minimo metue^{ret}, ita ut Sac ratione
 Dna Principalis Actrix hoc omne in se susceperit,
 et jam dicendum non sit, quod conventus ipsi invito
 illud imposuerit, consequenter, quod antea suid
 voluntatis, ~~iam~~ necessitatis sit factum.
 Hoc itaq; est ejusmodi factum, in quo cardo re-
 sive rei consistit, per consequens probatio illius
 convento adimi non potest ad quam conventus
 multo prius, quam Dna Principalis Actrix ad
 id, ad cujus probationem ipsa se offert, admitti debet,
 quia conventus in affirmativa, Dna Principalis
 vero tantum in negativa se fundat, ubi, quando
 illa verificata fuit, hac sua sponte dilabitur.
 Quod ultimo in Replica allegatur, quod Emphi-
 teuta, qui absq; consensu suam Emphiteusin divon-
 dere audeat, ob id in magnam poenam, imo in
 ipsam Caducitatem Emphiteuseos incidat,
 id ad presentem casum male applicatur, quia
 ipsam et parte adversa fatente, hac emptio
 sub expressa hac conditione fuit expedita,
 ut consensus exportari deberet. Si hoc verum
 est, Domino directo nil preiudicii factum est,
 multo minus a convento aliquid poenam dignum
 fuit tentatum, quia alias mira res proveniret
 si in

si in antecessum Consensum (qui tamen Existenti
 venditionis presupponit, ubi enim nulla est ven-
 ditio, ibi frustra queritur Consensus) procurare,
 et post ejus acquisitionem de Emptione demum
 loqui debere, dum, si ista non ad sui Subs-
 sistentiam venisset, etiam ille frustra quaeretur,
 unde omnes ejusmodi venditiones cum Conditione
 impetrandi consensus in antecessum tractantur,
 et quando ille suam Assistentiam nacta sunt,
 Consensus apud directum Dominum queritur
 in cuius voluntate situm est, eum importiri
 aut eum denegare. Ubi jam in presenti caso
 Dna Principalis Actrix illud, ad quod prestan-
 dum conventus alias esset obstrictus, sponte
 in se recepit jam ipsi illud placere debebit
 et illud explebit, convento vero culpam ca-
 sa non secuta non imputabit. Cum itaq;
 ex deductis elucescat, quod Replicia nullius
 sit momenti, ex adverso factum pro funda-
 mento exceptionis peremptoria positum
 relevantissimum sit, et necessario probandum
 proinde conventus cognitioni Nblis Judicis
 Advocatialis submittit, fore, ut illud, quod
 in Exceptione peremptoria petatum fuit
 Decernatur, idq; cum refusione expensarum
 jure mediante

Interlocutoria
 super probati-
 one instituta,
 endae.

Salvo omni Jure reliquo
 Actum coram Judicio Advocat.
 tiali die 27 Junii 1709.
 In termino hodierno comparuit (sic) Dnus
 Caspar

Caspar Schenk Baro de Tattenburg substitutus
 Actor contra Dñum Petrum Wast ad emanatam
 Citationem pro ferenda Sententia super excep-
 tione Replica et Duplica Partium, et quia Pars
 adversa hic praesens est, proinde petit, Sententiam
 publicari.

In causa Dñi Casparis à Schenk Baronis de Tatten-
 burg tanquam substituti Mandatarii Illmæ Dnæ
 Comitissæ Generalis de la Motte quondam Viduæ
 Comitissæ de Doenhoff Actoris ab una contra
 Dñum Petrum Wast conventum ab altera parte
 circa institutam Conditionem quarundam ad
 rationem emptæ aulæ prænumeratarum contro-
 versiam ratione culpæ non consummatæ vendi-
 tionis et emptionis, et quæ huic rei annexa sunt
 concernente, Iudicium Advocatiale ad desuper
 illatam exceptionem Replicam et Duplicem
 habita matura negotii deliberatione pro justo
 decernit et pronuntiat: Quandoquidem Actorea
 pars in Actis partim asserit, quod ob culpam
 Conventi tanquam venditoris causa, quare duo
 Millia et quingenti Floreni sunt prænumerati
 non sit secuta. partim ea propter Actricem Dnæ
 Comitissæ Generalis, ex quo ultimariam resolutio-
 nem illius temporis Dnæ Abbatis piissimæ
 memoriae ratione totaliter denegati consensu
 super terminata venditione percepit, prænume-
 ratam pecuniam repetierit; Et adverso verb
 Conventus culpam sibi imputatam constanter
 negat, et eam multo magis Dnæ Actrici imputat.
 Proinde

Proinde Pars Actorea prædictum suum assertum
 salva reprobatione, quæ Conventu ex omni parte
 libera relinquitur, legitimè probare debet, quæ
 expeditis hæc probationibus in principali parti
 decerni possit, quod juris est, idq; jure mediante
 Actum coram Judio Advo,
 catiali die 4^{ta} July. 1709.

In termino probandi compareret (sit) Dnus Jod
 par à Schenk Baro de Tattenburg substitutus.
 Mandatarius Ill^{ma} D^{na} Comitis^{sa} Generalis
 de la Motte actor contra Dnum Petrum Wast et
 ducit pro teste Dnum Paulum Dietrich Gronau p
 tendo, ut prævia admonitione de perjurio et
 veritate dicenda ad productas positiones ex
 minetur, et ejus depositio connotetur, salvo p
 partis contra positiones et dicta. Ad illas
 positiones eodem in termino inductus testis
 fuit, examinatus, cujus depositio cuius p
 sitioni annexa ita se habet, uti sequitur:

Positiones.

(S. Tit) Dni Casparis à Schenk Baronis de
 Tattenburg Substituti Mandatarii Ill^{ma}
 D^{na} Catharina quondam Comitis^{sa} de Doen
 hof modo Generalis de la Motte Actoris.

Contra.

Spl^{em} Petrum Wast Conventum
 ad Testem
 Spl^{em} Paul Dietrich Gronau.

1. Verum, quod Testis D^{nam} Actricem, quondam
 Viduam Comitissam de Doenhof modo Gener
 lem de la Motte, et etiam Conventum Petru
 Wast bene noverit. Testis deponit ad Amam
 Affirmat.

2. Verum

2. Verum et Testis notum, quod Dna Actrix d.º 1697 in mense Septembri cum Convento super venditione Emphiteutica Aulae Polanæ, sub jurisdictione Olivensis sitæ, projectum contractum inierit. Ad 2.º Affirmat.

3. Verum, quod tenore illius Contractus Conventus Dna Actrici prædictam Aulam tempore Bachanatum anni 1698 sub determinato vadio tradere debuerit. Ad 3.º Affirmat et refert se ad Contractum, quem in Originali penes se habet.

4. Verum quod Dna Actrix Convento ad rationem pretii 5500 Flor. die 6 Septemb. d.º 1697 per Testem summam 2500 Flor. prænumerari fecerit. Ad 4tam Affirmat.

5. Verum, quod Testis etiam residuum 3000 L. Convento secundum Dna Actricis obtentum mandatum prænumerare non recusasset, si modo Conventus Aulam justo tempore tradiderit.

Ad 5tam. Testis ad sane propositionem ita se declarat, Quod in prædicto casu nullum Mandatum nullamq. pecuniam ad solvendum habuerit, sed quod Dna Actrix ipsam et suis se solutura, aut ad ipsum testem aut ad Dnum Wast. Quorsum ad literas ejus de data 20. et 25 Febr. d.º 1698. sese refert. In quibus verba in germanico sermone ita sonant: Nisi me in itinere supervenientes morbi retraxissent residuum pro aula tenore Contractus V. Dominaei adnumerassem q. si Testis pecuniam accepisset, etiam solvisset.

C. Verum.

52. 6. Verum, quod Conventus interea temporis Dñs Actrici scripserit, et Testi etiam notificaverit, quod illius temporis Dñus Abbas pia memoria ratione hujusmodi difficultatem quandam fecerit.

Ad 6. Affirmat, quod Dñus Wast ipse ad Testem id dixit, et saepe quoque ante de hac re sit locutus.

7. Verum, quod Conventus ab initio Dña Actrici non aperuerit, qua in re illa difficultas constituerit, proprie vero illa nihil aliud fuerit, quam quod praefatus Dñus Abbas consensum super venditam aulam extrahere noluerit.

Ad 7. respondet Testis, quod Dñus Wast erga Testem se ita explicaverit, ac si a Dño Abbate ratione venditionis difficultatem habuerit, qua in re vere difficultas constiterit Dñus Wast non addiderit. Alterum punctum istius positionis quod concernit, dicit, quod ita presumat.

8. Verum, quod Dña Actrix propterea Conventui primum scripserit, quod quantum ad motum à pie defuncto Dño Abbate difficultates attineret, illa circa ipsius accessum ad hunc locum exitum essent inventura.

Ad 8am. Affirmat, se referendo ad literas ejus sub dato 20 Febr. A. 1698. Non scit, ad quid respiciat, illud essent inventura.

9. Verum, ea adverso ea quo Dña Actrix percepit praememoratum pie defunctum Abbatem Consensum ad hanc venditionem penitus concedere noluisse, neque in minimo eo inclinatum se ostendere, quod Dña Actrix Testem tenore literarum sub dato

sub data 11 aprilis a. d. 1698 cerciorem fecerit, sese quoque ~~ipsum~~ ista emptione (quia scilicet conventus aulam tradere non potuit) diutius teneri nolle, sed Testem illa duo millia cum quingentis floren. convento West ea propter prænúmerata ab eodem repetere et pro suo ulteriori dispositione aservare debere.

Ad 9. affirmat et refert se ad illas literas sub data 11 april 1698. quas in Originali producit.

10. Verum, quod Testis convento hoc notificaverit, et restitutionem pecuniae ab ipso urserit.

Ad 10. R. quod hoc intra undecim annos oblitus fuerit, tamen consequenter factum esse debuit

11. Verum, quod conventus West nihilominus illa duo millia cum quingentis florenis Testi solvere noluerit, sed toto ab istinc tempore hanc pecuniam penes se retinuerit, isq. in plenaria possessione aula permanserit.

Ad 11. Testis presumit istud, quod Dñus West solvere noluerit, prout nec solvit, sed sua emptioni inhasit. De coetero affirmat Testis, quod ille pecuniam penes se retinuerit.

12. Verum item, quod conventus West vigore contractus projecti in chartam circa acceptos 2500 florenos aulam quæstionis tempore Ba. chanalium 1698 sub vadio similis summa tradere promiserit.

Ad 12. affirmat.

13. Verum, itaq. quod unice penes conventum fuit, quia tanquam Emphiteuta, Consensum ad hanc venditionem necessarium a Directo Domino non

non procuravit, ut iste Contractus non ad perfecti-
onem pervenerit, neq[ue] traditio illius secuta sit.
Ad 13. De hac re non novit, refert se ad Contractum.

Et quae praeterea de hoc
negotio cognita sunt, velit
in subsidium veritatis deponere.

Ad Capitulum 2. non potest modo plurimum recor-
dari; Praeterea Testis omnes quatuor literas in
Originali producit, manum et sigillum ~~re~~ recog-
noscens. Conventus statuit sibi terminum
pro futura Feria Quinta sua Interrogatoria pro-
ducendi. Actor reservat sibi Repetitionem testium
et documentis probationem persequi.

Actum coram Iudicio Advoc-
ati die 9 Julij 1709.

In termino ex Actis compareret Dominus Peter
Wast Conventus et reproducit contra Spolem
Paul Dietrich Grunau Interrogatoria.
Dnus Actor admittit Examinationem
super Interrogatoria salvo jure tam contra
Testem, quam contra Interrogatoria.

Interrogatoria
Spolis Petri Wast Conventi
Contra

(S. Tit) Dnm Casparum à Schenk Baronem de
Tattenburg Substitutum Mandatarium Illm^o
Dnae Catharinae quondam Comitissa de Denhoff
moderna Generalis de la Motte

Ad Testem Spolem Paul Dietrich Grunau
Anne verum, quod inter Illm^{am} antememoratam
Dnam Principalem Actricem et Conventum verus
sincerus

Sincerus Contractus super venditione Emphyteutica
Aula Polande, sub Olivensi jurisdictione sita, forma-
tus et conclusus.

Ad 1. Resp. Quomodo eundem Secum habet,
non potest aliter elicere, quam quod perfectus sit
et iustus.

2. Anne verum quod praefata Dna Principalis Actrix
Convento ad rationem rite constituti pretii quing-
millium et ducentorum Florenorum die 6 Septem-
bris 1697. per Testem 2500 ℓ praenumerari curaverit.

Ad 2. Afirmat.

3. Anne verum, quod Dna Principalis Actrix residuum
supra tacti pretii nempe 3000 Flor. tempore
Bachanalium A. 1698 solvere promiserit.

Ad 3. Afirmat, Causa Scientia. Eadem illud tam-
ore, quam in scripto appromisit.

4. Anne verum, quod Dna Principalis Actrix tempore
praefixo promissis suis non steterit, et cum Solutione
se non steterit.

Ad 4. Afirmat, illam promissa non adimplevisse.
Quare? Refert se ad epis literas propter infirmi-
tatem, et propter difficultatem, quam Dnus Ab-
bas fecit.

5. Anne Testis sub sua Conscientia et Juramento,
quod infallibiliter praestare debet, deponere
necesse habet, quod alte memorata Dna Principalis
Actrix ratione Solutionis ea post Facto appro-
miserit, vel per transmissum cambium vel in
mundanis Leopoliensibus, aut quando Gedanium
pervenerit, eam praestare, verum tamen nullam
Solutionem praestiterit.

Ad 5. afirmat. Testis interrogatur, quare? Refert
se rursus ad literas quia illa de difficultatibus au-
divit.

6. Testis

26
6. Testis sub sua conscientia deponet, numme Dñs Conventus Testem sapius sit allocutus et interpellavit, et solutionem adhuc brevi antememorata Dña Principalis Actricis adventum in civitatem Gedanensem exegerit, Conventus etiam semper paratus fuerit, aulam ipsi tradere, quando suam pecuniam obtinuerit.

Ad 6. Afirmat.

7. Anne Testis constat, quod Dñs Conventus sapius occasionem habuerit, istam aulam alius cum bono emolumento dividendi, sed propter contractum venditionis cum præfata Dña Principali Actrice initum id efficere non potuerit.

Ad 7. A. Dño Wast hoc audivit.

8. Annon Testis deponere necesse habet, quod sæpe præfata Dña Principalis Actrix expressis verbis ad Testem sub data 20. et 25 Februarij 1698 scripserit, se se illas decultates quas Andersmus tunc temporis Dñs Abbatie memoria rei facturus, esse remoturam, quando Gedanum reversa fuerit.

Ad 8. Afirmat illud, quod literæ sub data 25 Febr. 1698 loquuntur.

9. Anne itaq verum, quod per hoc controversias cum Dño Abbate in se suscepit.

Re. ad 9. Refert se denuò ad literas.

10. An Testis bona conscientia asserere possit, quod unquam literas sub data 11 April 1698. quas Dña Actrix scripserit dicitur, Convento ostenderit, aut 2500 Flor. unquam repetierit.

Ad 10. Provocat ad suam depositionem ad positionem et dicit, quod presumptive Dño Wast illas literas ostendisse debuerit.

11. Anne fundamento careat, quod Dña Principalis Actrix hujus causæ ergo Gedanum profecta sit, et solutionem residui per testem à convento urserit.

Ad 11. Testi non est cognitum, quod Dña Actrix hic fuerit audivit tamen alteram partem negat.

12. Nihil

12. Numme verum, quod Dñs Conventus, quando ex Teste intellexit, Dñm Serum Gereth ipsi notificasse, quod Dña Actria Gedani prasens esset, posthac cum Teste pauis septimanis ante preteritum Festum Natiuitatis ad altermemoratum Dnam Actricem ierit, et solutionem ab ipsa exegerit.

Ad 12. Affirmat.

13. Anne verum, quod altermemorata Dña Actria ab initio nequidem recordari potuerit, se cum Dño Convento emptionem contraxisse.

Ad 13. Affirmat. Ex quo ipsi negotium proposuit, demum illius est recordata.

14. An non ergo testi fatendum, quia Dña Principalis Actrix residuum 3000 Flor. propter contractam emptionem destinato tempore non soluit, et preterea difficultatem cum Rndissimo Dño Abbate in se suscepit, quod Dña Actrix ipsam et in causa fuit, ut Conventus ipsi aulam tradere non potuerit.

Ad 14. Testis Resp: se hoc non posse concedere, neq; concludere. Et de quibus Testi preterea constat, in subsidium veritatis deponet.

Ad Clausulam: Testi nihil preterea constat. Dñs Actor reservat sibi Repetitionem Dni Testis, et ratione documentorum refert se ad literas à Teste productas, et ad Contractum.

Ad Etam Positionem repetendo Testis interrogatur an ex ore Dni Wasst audiverit quod per difficultates desideratum consensus intellegat. Testis finaliter in eo persistit, quod Dñs Wasst ipsi dixerit:

Ego solum modo difficultatem à Dño Abbate habeo, quod aulam absq; consensu vendidi.

Dñs Conventus producit in Terminis cum Documentis Epistolam in Originali propria manu et sigillo Dña Principalis Actricis subscriptam, preterea Germanicam

cam Versionem sub data 25 Febr. 1690 quam
subscriptorem et sigillum Ina Principalis Actricis
Dñus Testis recognoscit.

De coetero refert se Dñus Inventus ad Documenta
quæ Dñus Testis Npl. Iudicio Advocatiali extradet.
Partes terminum concludendi sibi statuunt ultra
quatuordecim abhinc dies, quæ erit d. 23 Julij. ap

Sequuntur Documenta

Lernawam tym Skryptem moim, zem zostawita
u Jmci Pana Pawla Theodora Gronowa Mijsceca,
nina y Kupca Sawnego Sknami Gdanskiego
Pienigdzi na dwor Stargowany od Jmci Pana
Piotra Wasta zadatku dobry Monety Ty,
sicyj Trzy, ktore to pienigdze Pomieniony
Jmci Pan Pawel Theodor Gronau do sigk Jmci
Pana Piotra Wasta ma zupełnie, wylaczyc, y
kwit na osobę moją otrzymac. Plenipotencyj
zas moie zupełnie daiz Jmci Panu Pawlowi
Gronarowi, aby Dwor ten zupełnie odebrał
od Jmci Pana Wasta y intronizuj do niego
wziął zwsplyskiem gruntami y przynaj,
terytorcerami, iako go Jmci Pan Piotr Wast
trzymal, y ztemdrawenz y cotont ztastki
Jwey aby go trzymal y zawiadowal nim aso co
Przyjadu mego, a ia powinna bez za Fatyge Jmci
narodzie. Powalqm iednak pot. Roka aby Angiel,
czyj sobie dotrzymali, poniewaz sa zabezkurowani
od Jmci Pana Wasta, ktorzy, icpliby slury sobie
zyczyli trzymac ten dwor, pozwalam, aby Jmci Pan
Pawel Gronau z nimi zgodzil sig, z gospodarzem
tego dworu aby pomowib y zgodzil sig reb y zostac
chciał

Kcial sy na miejscu a bedzie Kontent zemnie, Osta-
 tek zas Penigory za ten swor, Imei Panu Wastowi odda
 submituij sig, lubo na wexel poteras Jarmarku
 swoskiego na swiety Jagnieskie we swowie, lubo na
 Fryzskij da szog Frycor. Derale we Gdanisku dnia 3 Sept.
 R. P. 1697.

Katarzyna Denhoffowa Wysielista.

Mnie wiecie Mosci Panie Pawle,
 Mój Mosci Panie i Przyjacielu
 Dretymatem dug zawlocki nalezace Wm Panu zani
 Saury m prope o wypisanie, a na Frycor przyjety na kon-
 zapewne sama tam zjad, oddam wpyt do Wm Panu
 spodzie konnem i ucontentowaniem, co sig w domu moim
 najdzie, Panu Wastowi Wm Panu deklaruj, ze wedle
 Slova danego ostatek pienigory na Frycor borie miad,
 niech mi tylko Slova dotrzymacie, a nie boy sig zad,
 niech pogrozek X. Opata. Ja bytem tylko Handla
 we Gdanisku, potrafij jak sobie postypie z X. Opatem
 tem. Teraz zas przy slabym lekce otzo zdrowiu zosta-
 igc, musz do domu powrocie, lubom zyczyta sobie byc
 we Gdanisku. Prope jednak chciymi Wm Panu wypisac
 co tam slychac, kiedy sig krotka smi zapewne spodecie wazg
 i inne Wm Panu wypisami wiadomosci zostaj z atym
 w spoiniacz 20 Feb. Wm Panu Fryzskij Przyjacielka i
 1698. Katarzyna Denhoffowa. S. Wi.

Mnie wiecie m. Panie Wast
 Mój Mosci Panie i Przyjacielu
 Wierenie dziekuj za przeslanie listu od Jeyms. Dobro-
 dzejki, ody tam tedy respons prer Pana Crasmanna,
 wceluj afektacji smi, i prope rebysr Wm Panu o es-
 let go, a przytym oznaymit Jeyms Dobrodzejce,
 ze Jaski Bolej slapszym teraz i wierspicznym
 zdrowiu zostaj, nisz przed tym. To prawda zem od
 Smierci sig wrocila, gdyse ciezka choroba niespodzianie
 zborona, niemogtem sig niczego innego spodzieowac,
 tylko

tylko Smierci, ale ze mnie Pan Bóg z łaski swojej zostawił, niech mu Bógie chwata. Miałam ją we Gdańsku sama być, i tam iść chciałam, i gdy by mnie na drodze nie choroba zatrzymała, i statek wele kontraktu za dwór dopłaćta bym była Wmmdanu, ale to nie ucieknę na przykład Prior tam rzadzi, i oddam Wmmdanu. Jeszliby Jemmes Rds Opat ołwiski trudność i tak czyni Wmmdanu, bynajmniej Wmmdan się nie boi, potrafi ją wto, kiedy przyjadę, a teraz zostań Wmmdana i Przyjaciela

W Koynicach
20 Febr. 1690.

Sluga Dyrliwa
M. Denhoffowa
[P. S.]

P. S. W drogę iść bym się ku domowi wybrała, ale nie mogę bez doctora, który obiecał mnie do domu i tego odprowadzić, i bez niego nie mogę się bezprzeważnie nie mogę: are doktor na kilka dni odjechał, młody na niego czeka.

Tit.
Ponieważ Jemmes Rds Opat ołwiski Frony Kupna Dworu Pana Waszego trudność czyni, i Wmmdan pisał do mnie, że kłopot wielki onim ma Pan Wasz, odstępuję tedy tego dworu i Kupna tego, lubo bym mogła tego do karac, żeby Jemmes Rds Opat nie tak się zembog obzredł, iako pocerzył, wprawk mu tak karby Inbrata zmorey dzieć zawysrta, iako i z Pana Waszosey, raczy proszę Wmmdana abys te pieniądze odebrał do siebie i samre przy sobie zatrzymał, do moicy decyfy i dalszoy, bo te pieniądze ordynowalem, gdzie in die sama tam we Gdańsku wkrótce będę, a jeślyby mi nie przyszło tak przeko ziachać, to resztkę tego zmoich będę, albo też przez Jemmes Rds Opatu Sarszego Koynickiego Zakonu Societatis Jesu upraszac będę, abys Wmmdan do ręk jego oddał te pieniądze, popłaciszli Włoczi jeśli nie są zapłacone od Wmmdan, albo też jeśli Wmmdan swoim te pieniądze zapłacił, to Wmmdan sobie tych pieniędzy odbrześć. Proszę chęć mi Wmmdan przez z Okazyg orzadzić, co tam za Targ jest na zboru, i co się lepiej.

Lepszego trzeba spodziewać, rebym statki moje wyprawie
na pewne mogła. Także jeśli wiele statków z Polski ze
Zbozem do Gdanska przyjdzie. Druga co tam słyszeć,
od morza, jeśli się Gdansk nie trzyma od Francuzów,
także jeśli co więcej Nowin Wmmdan o bliższych
ma, chcey mię wiadom. Ja ten effect Wmmdanu
odwazierę i we wszystkich okazyach odstarę ta która
jestem

Wmmdana rzymskiego przyjaciela i kuzyna
Wzrostuach 11 Aprilis 1690 K. Denhofowa S. Wi.

Kartę od Wmmdana dana mi, z odebrał pieniądze
moje, odesłał także i list na te pieniądze Wmmdanu
pnię M. Adria Karszego Koyniekiego Cycow Seruitow,
który, jeśli by sam nie mógł tam zjechać, iżoż
kogo by odzwołał, iżoż mi listami, iż kartę iż listę

List od Wmmdana pisanij po wielkiej nocy dopiód
mnie był, ale nie rychło dlatego że z Koynie na
początku Torunskę posłano, a z tamtego przyszedł do
krakowa gdzieś się go nie spodziewali, iż leżał
tam u portarza. W tym liście oznajmił Wmmdan
ze mnie Pan Wast pieniądze oddać nie chce, ponieważ
kontrakt staro o dworze remny, prawda, ale cre,
musz mi sam Pan Wast iżoż o kolo trzech kroto
iż misopust napisal, iż opat nie chce, a by go
przedawał P. Wast, osobliwie mnie, ale szm go
otrzymał. To iż przez Wmmdana mi P. Wast de,
klarował, iż Wmmdanu o Panij Berckmanowij
dworek raczej do mnie pisal, radec mi koncernia
o ten dwor, ponieważ P. Wast się cafa nara iż
studenosci wielkie ka kladę. Za iżym me remnie
była okazyja rebij się kontraktowi nie dose stało,
ale z samego Pana Wasta druga. Pię P. Wast
ze Arundara sobie opuscił, na mnie cre kazy. Na
to proszę, abysz mu Wmmdan z łaski swojej powie,
deriał iżo do niego teraz nie pię, iż iż temu nicnie
winna jestem,

winnia jestem, wszak Jm Pan Wasz dał mi znać do
 Koynie otym, że X. Opat trudności czyni, iż se z niego
 kupna nie ma być nic, iępere około trzech Krolow,
 wten czas kiedy od Matki moiej do mnie listy przyszł.
 Tak, zaurym kiedy Jm: wiedział ze trudność była, na
 kontrakt z Angielskimi kami miał do trzech Krolow,
 toćter od trzech Krolow mogła ia narze. A choc go
 nie narze, iednak mu Ogrod nie był bez porzytku. Do
 tego może Jm: na mnie tey Winij i Skody swojej
 nie klase, wszak pieniędzy moich rok zarzywa, bez
 zadnego do nich Interesu, więc proszę Wm Pana
 chęce mi dać znać na to Jm Pan Wasz wiece ię ię
 chce, rebym ia ostatka dopłaćta. Także Wm Pana
 chętnie dostare, jako rzyerliwa Wm Pana ię be.
 Drogę Wm Pana ię Przyjaciele
 Wszedziach rzyerliwa, Sługa
 29. Junii 1690. K. Denhoffowa.
 S. Wi.

P. S. Miałem była Skuty moie z Borem do Jdan
 ka wyprawie, i iusz były ladowane, ale se sam
 unas lepiej go było predawać, dla drogosci ię Tary
 tak dobrego iako we Gdańsku, rozmysłutam się.
 Proszę tedy Wm Pana, abys z łaski swojej dopie
 do Pana Nicolaia Boniatowiera, na przeciw Tary
 miejskarskiego, a powiedzial mu odemnie, ze
 mu wrotce pieniędzy za materije odeszł. Prawda
 zem mu na Prior obiecala, ale ze Skuty w domu
 ze z borem zostaty, musiał ię dłuzy jego zatrzymać
 ate jako najprzode mu odeszł. Czekam tyłko
 na wiadomosc od Wm Pana strony Pana Wasza.
 Jej Mei Pani Matronie Wm Pana Klanciam się
 ię pozdrawiam ię Synaerka Wm Pana.

Wit.
 Przed kilka niedziel pisalem do Wmci, strony d...
 u Jmci

u Jmci Pana Wasta umowioniego, y lit przer Dycow
 ferwitow Konickich dirigowalem do Wmci. Ktorzy
 wim ze do Wmci odeslati, bo mi nie oznajmili o tym
 fereli zar dopredl Wmci, tego niewzem. Preto profig
 unizenie, chieyze zemi Wmci dai znae crego chce
 P. Wast, cryty aby mu doptacie ofstat ka, cryty myjsty
 oddac pieniqori. Jestliby inaczey nie chcial tylke
 abym ia doptacita to mi Wmmdan dai znae,
 przer te okazyq. dostuzte tasky Wmmdanu ia ko
 Wmmdana dawpe ryceliva y Hurycz rada
 w Becheicath. K. Denhoffowa. J. Wi
 24 August 1690.

Contractus. Quandoquidem ego infrascriptus Morina Dna
 Catharina Doenhoffowa Staroscina Wyszlicka
 etulam meam Polonke nominatam in Juris
 dictione Olivensi sitam cum omnibus Attinentiis
 et Pertinentiis, prout ego eandem possedi et
 possidere potui, pro quinq; millibus et quingentis
 florenis polonicis, dico 5500 sive florenum quinq;
 sextoribus computatis irrevocabiliter pro me et
 meis heredibus vendidi, ita quidem, quod praetactam
 aulam futuris Bachanalibus a. 1690 post plac
 acceptum, residuum pretii 5500 florenorum tam
 plenarie, prout modo conditionata est, cedere
 et resignare debeam, Jam vero ad rationem
 pretii ex mandato altememoratae (Tit) Dna
 Staroscina Wyszlicka a Dno Paul dietrich
 Gronau duo millia et quingentos florenos
 dico 2500 florid. polonicos computatis in
 unum quinq; sextoribus parata in pecunia
 plenè acceperim. Proinde ea propter in opti
 ma juris forma quieto, cum confessione emptionis,
 appromittens tam altememoratae (Tit) Dna Sta
 roscina Wyszlicka quam Dno Paul dietrich Gronau,
 quod haec duo millia et quingentos florenos de pretio
 5500 flor.

3500 Flor. libenter mihi detracti sum passurus,
 et post accuratam perceptionem reliquorum trium
 Millium florenor. saepe tactam aulam abq. ulla
 contradictione et praetextu futuris Bathanalibus
 anni Millesimi Sexcentissimi nonagesimi octavo
 abedicta [Tit] Dna Staroscina Wyszlicka et
 Eius Haredibus sim traditurus et resignatura
 sub vadio similis summa. In maiorem securita
 tem me in presentia infrascriptorum Testium
 propria manu subscripsi et meum consuetum
 sigillum apposui. Dat. Gedani die 6 Mensis Sep
 temb. No. 1697.

Peter. Wast.

Johan. Frost
 tanquam Testis.

(L.S.)

Concludendo ad Acta se refert Dñs Caspar Schenk
 Baro de Tattenburg tanquam substitutus Mandata
 rius Illrma Dñe Catharinae quondam Viduae Comitissae
 de Doenhof Generallissa de la Motte, Actricis contra
 spolem Dñum Petrum Wast Conventum, ex quibus
 patet, quod Dña Principalis Actrix coram Nbli
 Iudicio Advocatiali Conventum ratione terminan
 ta emptionis Aula Emphitevtica Polanke sub
 Jurisdictione Vllis Conventus sita et primario
 ob summam eventualiter et Arrha loco in han
 putativam emptionem solutam 2500 L. Conventum
 necesse habuerit. Ad qua iste Conventus post quoddam
 Subterfugia quondam ita intitulatam Exceptionem
 peremptoriam, per se autem plane otiosam et
 nullam vim aliquid perimendi habentem producit
 in qua partim emptionem et summam 2500 Flor
 ab Actorea parte se accepisse fassus est, ultimo
 autem factum quoddam aperte veritati con
 trarium per se irrelevans, ac si Illrma Dominica
 Principalis Actrix ad hunc Contractum super
 Fundo

Secundo Emphyteutico ante omnia necessarium con-
 sensum à Directo Dño convento procurare sponte in
 se suscepit, et quæ huic annexa sunt, inseruit.
 Ex adverso Pars Actorea falsitatis hujus invalidi præ-
 tectus satis certa, longe meliori jure replicando ad-
 sequens factum se retulit, nempe quod Dña Principa-
 lis Actrix, quam primum percepit, quod Rndmus
 Dñus Abbas, illius temporis pro Aula vendita con-
 sensum denegabat, in continenti animum ab
 hac emptione facta recedendi declaraverit, et eam
 propter prænumeratos 2500 L^a convento repetere
 mandaverit; conventus autem istos adeo longo
 tempore retinuerit, reservata actione peculiari
 Dño Instigatori officii, ratione non impetrati
 Consensus super hæc venditione et ratione alia-
 rum enormitatum atq; commissi excessus. Contra
 quæ omnia conventus duplicando nec minimum
 quod alicujus sit momenti in medium protulit,
 et solummodo in præmemorato falsissimo as-
 serito ut et annexa omnino injuriosa præten-
 sione pretii Aula, quam tamen tradere ipsi impos-
 sibile est, præfractè permansit. Super quibus
 Interlocutoria N^obilissimi hujus Advocatialis Ju-
 dicii secuta est, hujus tenoris: Quod Actorea pars
 probare debet, (1) quod ob culpam conventi
 causa quare duo Millia et quingenti Floreni
 sunt prænumerati, non sit secuta. (2) Quod
 Dña Actrix Generalissa, ex quò ultimariam
 resolutionem Dñi Abbatis illius temporis
 piissima memoria ratione totaliter denegati
 Consensus super terminata venditione percepit,
 prænumeratam pecuniam repetierit, idq; salva
 partis reprobatione, jure mediante. Proinde
 Actorea

Actorea pars ad probationem se convertit, et
 eo sine Sp̄lem Paulum Dietrich Grunau famam
 Sivem et Mercatorem Civitatis Gedanensis, quo
 tunc temporis Dña Principalis Actrix in hoc negoti-
 um usa est, et qui accuratam et optimam harum
 rerum notitiam habet, pro Teste induxit. Iste
^{circum}
~~const~~stantialiter ad P. 3. deposuit, quod conventus
 tenore illius proiecti Contractus se obligaverit,
 Aulam quæstionis pro Bachanalibus ai: 1698.
 sub vadio similis summa Dña Principali Actrici
 tradere. Et ad posit. 4. quod nomine Principalis
 Actricis ad rationem pretii 2500 Florenos præ-
 numeraverit. Et ad posit. 5. affirmando depo-
 suit, quod si conventus Aulam justo tempore tra-
 didisset etiam residuum 3000 fl. secundum Dña
 Actricis obtentum mandatum prænumerare
 non recusasset. Cujus culpa autem hæc traditio
 non sit facta, et causa quare convento 2500 Flor
 sunt prænumerati, secuta non sit, id a parte
 exprimit iste Testis in sua Depositione ad Pos.
 6. et 7. Quod scilicet Dñs Wast ipse ei dixerit
 quod Dominus Abbas illius temporis pia mem-
 ria ratione hujus venditionis difficultatem
 quandam faceret, et quamvis conventus non
 aperuerit qua in re illa difficultas constiterit,
 Testis tamen nihil aliud præsumere potuerit,
 prout etiam modo notorium est, quam quod
 eadem solummodò in denegatione consensu
 super hac venditione constiterit, quem conventus
 ante omnia pro consummando contractu
 procurare debuit. Quod si hæc ita se habeant quod
 scilicet conventus tanquam venditor hunc consensum
 tanquam essentielle requisitum hujus Contractus
 uti a

uti ad id jure tenetur, non habuerit, neq; procuraverit,
 sequitur ex eo irrefutabiliter, quod per culpam
 conventi hac emptio ad effectum non pervenerit,
 sed tanquam aperta nullitas evanuerit. Quando
 verò conventus circa hoc punctum in Exceptione
 et duplica causam sermè malitiosè eò detorquet,
 ac si Dña Principalis Actrix curam ea portandi
 consensus sponte in se susceperit, quod ipsi tamen
 nunquam in mentem venit, et eà propter ^{ad} literas
 suas sub data 25 Febr. a. 1698 documenti loco
 se retulit, loco responsi servit, quia Dña Principali
 Actrici ab initio de difficultatibus, non exprimendo
 in quo consistant, scriptum erat, quod illa etiam
 ad ista in generalibus per sequentiã verba
 se declaraverit: casu quo Rndissimus Dñus Abbas
 Olivens quoddam difficultates Vrae Domnaei fa-
 cere vellet, non timeat V. Domnao in minimo,
 ego jam novero modum causamq; ^{ea} expediendi, quando
 eò venio. Sed eà intentione si forte ejusmodi
 difficultates non adeò fuerint momentosa, aut
 substantiam hujus contractus non afficerent,
 quod Dñum Abbatem illius temporis, non tanquam
 de jure obligata, sed in favorem conventi per
 amiables remonstraciones, persuadere vellet,
 id quod conventus non uti pactum, quoddam
 sed tanquam meram civilitatem Dni Prin-
 cipalis Actricis considerare debet. Quippe si
 pactum esset, tunc expressis verbis contractui
 inserere et sese ad susceptionem consensus
 obligatam reddere debuisset, de quo autem ne
 jota quidem continetur in prefatis literis. Nedum
 quod presumendum non est, Emptricem, per hæc
 oblata

oblata officia ad eas, quae sunt venditoris, partes
 se obligare voluisse. Proinde conventus plane e
 pro postere provocat ad Regulam Juris: Quod ab
 initio fuit voluntatis, ex post facto fit necess
 tatis. Scripse neque Allegatae literae, neque Acta
 de tali voluntate procurandi consensus ex parte
 Actricis quodpiam obloquuntur, et ea propt
 quia conventus istum consensum pro reali
 traditione et Intromissione Aulae, pro eo ac q
 dem debebat, à Domino directo non acquisivi
 neque obtinuit, culpa causa non secuta, unice
 in ipso regrescit, nullo autem jure Dna Pro
 cipali Actricis imputari potest. Haec omnia
 mediante probatione secundi vigore rei iudicae
 ad inventi membri multo clarius efficiuntur
 Testis enim Grunau ad Positionem Actore
 partis nonam affermando deponit, quod, ubi
 Dna Actrix tandem recte intellexit, quod
 pie defunctus Dnus Abbas illius Temporis
 consensum pro hac venditione nulla ratione
 impertiri voluerit, illa per literas sub da
 4 Aprilis 1698. ei significaverit, se quod
 N. amplius hoc emptionis contractu ten
 ri nolle, praeterea Testi mandatum dederit
 acceptos 1500 Florentis ab ipso repetende
 et aliorum expendendi. Verba literarum
 ab Actorea parte et Acta documenti
 loco productarum, talis sunt tenoris:
 " Lora Vra Dominas mihi scripsit, quod Dno
 " Wast, cum Dno Abbate ratione Aulae mag
 " habeat tricas etc. recedo ab Aula et ejus em
 " tione etc. etc. et porro: Interea: rogo, Vra Dom
 " velit

" velit pecuniam ad se recipere, et apud se asser-
 " vare usq; ad ulteriorem meam dispositionem, quia
 " hanc pecuniam ad alia destinavi. Ex quibus om-
 " nino manifeste videre est, quod Dna Principalis Ac-
 " trix, simul ac de denegatu consensu notitiam sa-
 " buit, statim poenituerit, et ab Sae Emptione
 " resiluerit. Ad Posit: 10. d. iii. Festis non ali-
 " ter scit, quam quod tenore mandati Dna Prin-
 " cipalis Actricis idem convento proposuerit, cum
 " vero hoc susq; deq; habuerit, sed pecunias s: causa
 " non secuta, contractusq; ob defectum consensus
 " irrito: acceptas, ipsi iniquissime denegaverit.
 " Quod autem Festis revera convento istud propo-
 " suerit, patet ex literis Dna Principalis Actricis
 " sub data 29 Junij ejusdem anni documenti loco
 " ad Acta porrectis, sequentis quidem tenoris:
 " In his literis Vra Domnao mihi notificat, quod
 " Dnus Wast pecuniam mihi retradere nolit,
 " quia Contractus cum ipso ratione Aulæ sit
 " conclusus etc. sed quare Dnus Wast tempore
 " Festi trium Regum et Zachariae ad me
 " scripsit, quod Dnus Abbas id concedere nollet: id
 " est non consentire vellet: sicut Aulam vendat im-
 " primis mihi? etc. etc. et ulterius: sicut quo ipso
 " ista cordata Dama ex naturali quodam iudicio
 " Casum quasi decidit: sicut quia Dnus Wast retro-
 " cedit, et magnas difficultates preterit, ergo
 " egomet ipsa non sum in culpa, quod huius con-
 " tractui satisfactum non sit, sed N3 Dnus Wast
 " ipse: et porro: Velit Dno Wast, quia modo ad ipsum
 " non scribo, respondere, quod ego hæc in re nullius
 " culpa

culpa sum rea, quinimo Dñs Wast per literas (horum
 cum missas me certiore reddidit, quod Dñs Abbas
 difficultates neceret, et quod ex hac emptione nihil
 esset futurum. Si Dñs Wast ipse tale quid
 perscripsit, rursus manifestum est, quod culpa rei
 non secuta non Dña Principali Actrici sed ipsamet
 Convento, quia Consensum à Directo Domino non im-
 petravit, sit imputanda. Per quam probationem
 Lucie Meridianā clariorem probationem Testis omni
 exceptione majoris, et cui una tot producta documenta
 Actorea partis adminiculantur, alterum istud probandi
 membrum Replicæ plenarium Fundamentum acquisitionis
 et propterea fusius id deducere non opus iudicatur.
 Si jam quaritur, quid conventus Wast contra claras
 has probationes reprobandō effecerit, nec minimum
 in totis Actis reperitur. Ipsius ad supra dicta
 Testem exhibita Interrogatoria eō quam maxime
 respiciunt, ac si Dña Principalis Actrix residuum
 pretii solvere promiserit, et non solverit. Ad quod
 tamen Testis ad interrogat. 4. 5. 6 et 8 semper
 restrictive respondet, quod scilicet residuum huius
 solutionis propter difficultates à Dño Abbate
 factas hoc est, ob denegatum et non impetratum
 Consensum non sit secutum. Quod autem Dña Ac-
 trix ad solutionem residui pretii semper parata fu-
 rit, ex Conventi proprio documento reprobandō pro-
 ducto nempe ex literis Dña Principalis Actricis
 sub data 20 Febr. 1690 ad praefatum Testem scriptis
 clare conspiciere licet, sequentibus in verbis: Dñm Wast
 assecuret Vra Domnao quod restantem pecuniā
 secundum nostram conventionem proximo verē habere
 debeat NB. modo stet verbo. Hoc scilicet et nil aliud
 intelligendo

intelligendo, quam quod post obtentum consensum à Domino directo Aulam quæstionis debite tradere, et eandem in illam intromitti curare deberet. Reliquum quod in hoc Documento continetur, ex quo conventus contra omnem veritatis speciem sponte susceptam procuracionem Consensus extorquere, et in Dñam Principalem Actricem, post habito omni respectu et honore foemina illustri debito desolvere satagit, prout id supra iam sufficienter est refutatum, ita ad illud omne pars Actorea brevitatis amore se trahit. Cum igitur ex supra deductis sole meridiano clarior potescat, quam iniquè et summe reprehensibili modo conventus cum Dña Principali Actrice egerit, dum illam (1) ad emanandam aulam Emphyteuticam, quam sine previo consensu directi Domini nunquam tradere voluit, ferme dolose induxit et 2500 Flor. ad rationem pretii ab ipsa recepit. (2) Consensum summe necessarium nunquam obtinuit, neq; produxit. (3) Receptam pecuniam, licet sciverit, quod emptio ob defectum essentialem ipso jure nullas et absq; ullo effectu fuerit, Dña Principalis Actrix poenitendo recessit, etiam interpellatus penes se retinuit, in suam utilitatem convertit, et Dña Principali Actrice restituere noluit. (4) Præterea in hoc Processu et in sua Exceptione atq; Duplica quasi re bene gesta residuum pretii à Dña Principali Actrice exigere ausus, eo magis punibili modo, quia eo ipso plenariam alienationem hujus Aulæ post habito consensu directi Domini intendit. (5) Culpa conventi, quod causa in hoc negotio non secuta sit

secuta sit, et proinde stipulato radio similis summo
 succumbere debeat, et (6) quod Dña Principalis Actrix
 propter non acquisitum Consensum ab ista emptio-
 ne vestigio discesserit, pecuniamq, suam repetierit,
 ab Actorea parte plenissime probatum fuit; Quapropter
 pars Actorea fusione allegatione Jurium, quae
 in presenti casu Dña Principali Actrici per omnia
 patrocinantur, imprimis cum Juriam nosse Jura
 in propatulo sit, non diutius immorabitur, sed
 cognitioni Nobis Judicii Advocatialis submittit,
 prout praesens Actio aequitatem naturalem pro
 fundamento habet per leg. 1. §. 7. ff. de. Jondict. caus.
 dati. sum non presumendum sit, aliquem contra
 officium boni viri acturum, remq, sine causa re-
 tenturum. Zachov. ad Treuthl. Vol. 1. Disp. 24. th.
 4 et cesfante causa, finali effectum quoq, cesfare
 notissimè juris esse constet. Tiray. spec. tractat.
 de cesfante causa; Conventus è contrario in hoc
 contractu, in quo merito bona fides exuberare
 deberet, omninò malà fide erga Dñam Principalem
 Actricem se gesserit, proinde pro justo decernendum
 esse, quod ab Actorea parte puncta Replicas ad pro-
 bandum praescripta de Jure sint verificata, et con-
 sequenter Conventus 2500 flor. ad rationem Emptio-
 nis hujus culpà Conventi invalidè acceptos una
 cum provisionibus consuetis a tempore mora-
 enatis solvere, insuper quoq, omnes per hoc
 omninò punibile litigium causatas Processus
 expensas refundere teneatur, idq, Jure mediante
 Praeterea pars Actorea inhaerendo anterioribus Re-
 plicae contentis Instigatori officii, in quantum
 Conventus ^{circa} affectatam hanc alienationem contra
 Jura

Jura directi Domini deliquit, tum et ratione succu-
 bitionis vadii similis summa in projecto contractu
 contenti, uti et ratione contumeliosi et injuriosi
 tractamenti erga Dnam Principalem Actricem
 tanquam Personam Illustrem adhibiti, et quod
 tam a tam longo tempore ratione denegata,
 pecunia et deniq eandem cum gravibus expensis
 hic detinuit, ad ea omnia debito modo vindicanda,
 sua jura separata, actiones penales et quævis
 reliqua Juris remedia omni meliori modo refer-
 vat prout Juris est, jure mediante.

Salvo omni reliquo jure.
 Actum coram Judiciis Advocata-
 tiâ d. 8. Aug. 1709.

Quandoquidem (Sic) Dnus Mandatarius Alrma
 Dna Generalisæ de la Motte contra Dnum Petru
 Wast jam antea suam conclusionem presenta-
 vit etiam Mandatarius Dni Wast suam con-
 clusionem exhibuit, qua ad Acta suscepta est.
 Instigator Officii intrat et offert ex reservato
 suam Interventionem ratione publici et
 quidem in duplo, de qua unum Exemplar pro
 Dno Wast transcribi curavit, ut ad eandem suam
 defensionem inferre possit.
 Spblis Schmidt tanquam Mandatarius Dni Wast
 cum Instigatore se non vult ~~miscere~~, neq Exemplar
 de Interventione acceptare, quia nullum ad
 id habet Mandatum et in ultima intimationis
 Scheda nulla de Interventione mentio facta.
 Ex adverso Instigator officii persistit in eo quod
 reservata sua Interventioni inherendi causam
 habeat, et pars, quam Interventio tangit, ad
 eandem

eandem aq; ad priorem Interventionem super Foro
respondere teneatur.

Interlocutoria

In causa (Sit) Dni Mandatarii Illmo Dnae Generalis
de la Motte contra Dnum Wast in puncto Interventio-
nis Instigatoris officii Conventae Parti à Nbli Judici-
Advocatali inungitur, ut ad proximam super Inter-
ventio se declaret, et cum suo Principali desuper
conferat, ut tunc porro decerni possit, quid in hoc
puncto justum sit, idq; jure mediante.

Concludendo Spolis Gottfried Schmidt, tanquam sub-
stitutus Mandatarius Nblis Dni Petri Wast, conventae
contra (Sit) Dnum Casparum à Schenk Baronem de
Tattenburg, tanquam substitutum Mandatarium
Sua Excell. Dnae Generalis de la Motte, tanquam
Mariti et quoad hanc causam Specialis Plenipo-
tentis sua Consortis Illmoe Dnae Catharinae, quor-
dam Viduae Comitissa de Doenhof Staroscina
Wislicha, Actricis, ad Acta se refert, ex quibus
videre est, ex quo alte memorata Dna Principalis
Actrix in fundamento alicujus in scripto cum
Convento contractus sub data 6 Septemb: 1697.
Aulam Polande initi, et ad rationem praeumer-
tae pecunia, scilicet 2500 Florenorum conventum
convenit, et ex inde quia conventus debitum
Consensum cum subscriptione et Sigillo pie
defuncti Per Illris ac Rndm Dni Abbatis illius
temporis Nblis conventus non procuravit, alte me-
morata Dna Principalis Actrix istos ob causam
praeumeratos bis mille et quingentos florenos causas
non secuta repetiit, quod conventus ea adverso pe-
remptoriam Exceptionem in competentis Actionis
Dnae Principalis Actrici inter alia ex hoc fundamento
obiecerit,

Wilhelm Forret als Pirator der Kaiserin, Jungf. Anna Elisabeth
27
des K. Jacob Goerlain, nachgelassener Jungf. Tochter und Wittwe der
so genannten, Hilbrunnen in der Gegend von Grolagen, so wohl der dierfürstlichen
als Fürst, Grafen, Kasten, die dazü gehören, Landt, Erbe, Erben, heiff
in waldrecht: un, Tit: Johann Joseph Baron von Dyrenbrunn Grinzhof Wronau
der alten Stadt vor der Schenke von J. 1750 - Kauf bey der Verpfändung
zu verlegen, als in der jehrl. Versteigerung, wie der Herr Kaiser
hoff, und ist der ^{Versteigerung} ~~Kauf~~ von allem Versteigert

obiecterit, conventum nunquam in mora tradendi aulam,
 multo magis autem altememoratam Dñam Principalem
 Actricem in mora solvendi residuum suis. Quod autem
 altememorata Dña Principalis preterit, conventum
 nullum consensum à Dño Abbate illius temporis et vlli
 conventu qui tamen necessario requiritur, procure^{ra} potuisse,
 unde emptio ad effectum non pervenit, contra hoc
 responsi loco servit, quod Dña Principalis Actrix vigore
 litterarum sub data 25 Feb. Anni 1698. Ronicii ad
 conventum emissarum illam exportationem consensus
 à convento in se suscepit, unde Dña Principalis Actrix
 id quod semel in se suscepit, etiam ipsa efficere, et
 consensum sibi procurare debebit. Ad quæ exhibita Re,
 plica et duplica Nble. Iudicium Advocatiale d. 27 Juny
 a.c. pro justo decernit. Quoniam pars Actorea in Actis
 partim asserit, quod ob culpam conventi Emptoris cau,
 sa, quare 2500 Flor: sunt prænumerati, secuta non sit,
 partim quod hæc de causa Dña Actrix Generalis fæ, ex
 quo ultimariam resolutionem Dni Abbatis illius tem,
 poris piæ memoria ratone totaliter denegati consen,
 sus pro determinata emptione percepit prænume,
 ratam pecuniam repetierit, ex adverso autem
 Dñus conventus culpam sibi imputatam constanter
 negat, et potius eandem Dña Actrici imputat; Pro,
 inde Actorea pars prædictum suum assertum salva
 reprobatione quæ convento ex omni parte libera
 relinquatur, legitime probare debebit, quod factis
 Pro- et Reprobationibus in Principali porro decerni
 possit, quod justum erit. Ex quo itaq; Dña Principalis
 Actrix ad suam putativam Probationem se con,
 vertit, et ita Pro- et Reprobationes expeditæ sunt,
 et Partes etiam in terminum concludendi consense,
 runt. Proinde reliquum est ut disquiratur, an Dña
 Actrix prædictum suum assertum legitime pro
 baverit, an non? Quod

Quod id factum non sit, ex Actis meridiana luce clari-
 patet. Quippe Testis Paul Dietrich Grunau à Dña Ac-
 trice inductus, deposuit, quod Dña Actrix in mora
 solvendi residuum, Conventus autem nunquam in
 mora tradendi aulam fuerit, similiter quod ipsa
 difficultates sub quibus Consensus ^{int}elligitur in se
 suscepit. Quemadmodum ad Posit. 3. deposuit,
 quod à Dña Actrice nullum mandatum nullamq; pe-
 cuniam ad solvendum habuerit, et provocat ad ambas
 à Dña Actrice sub data 20 et 25 Febr. datas literas.
 In quibus Dña Actrix die 20 Febr. expressis verbis
 ad Testem ita scribit: Obligo me, quod Dño West
 residuum futuro vere sim soluturus. NB. stet
 tantum verbo, et Dni Abbatis comminationes
 non timeat, cum Cedani fuero, jam sciam cum
 Dña Abbate negotium hoc componere, et nisi
 me detinuisset in via superveniens infirmitas,
 Vna Domnaoi residuum tenore Contractus
 pro aula solvissem. Ad Interrogat. 4. & 5.
 dicit Testis, quod Dña Principalis Actrix pro-
 missis non steterit, et tamen ex post facto
 appromiserit, Solutionem fatere per transmissum
 cambium, aut in leoburgensibus Nundinis
 aut quando Cedanum esset perventura. Ad
 Interrogat. 6. deponit, quod Conventus Testem
 ratione solutionis saepius interpellaverit,
 item quod Conventus semper aulam tradere
 paratus fuerit, quando pecuniam suam
 obtinuerit. Eodem modo ad posit. 11. iste
 Testis asserit, quod Conventus semper emptio-
 ni habere voluerit. De coeteris idem affirmat, quod
 Dñus West pecuniam apud se retinuerit, porro
 ad

ad Posit. 6. Satetur, quod Conventus ipsi dixerit, quod
 Dñs Abbas illius temporis ratione hujus Aula
 quasdam difficultates fecerit, et ad Posit. 6. in
 eo repetendo permanet, quod sub controversiis
 Consensus intelligatur, ad Posit. 9. affirmat
 Testis, quod Dña Actrix ad Testem scripserit,
 se difficultates: sub quibus tenore depositionis
 ad precedentem positionem Consensus contineri:
 cum Dño Abbate componere velle, quapropter
 Testis ad mentionatas literas sub data 20 Febr.
 1698 se refert. Et quamvis Testis Positionem
 Novam affirmet, et se ad literas de data 11 April
 1698 trahat, in quibus Dña Principalis Actrix
 Testi notificasse dicitur, quod, quoniam Dñs
 Abbas Consensum pro hâi venditione vin,
 pertiri voluit, et Conventus Aulam tradere
 non possit, contractu emptionis diutius
 teneri nollet, attamen idem ad Posit. 10. et
 Interrogat 10. plane dubius et incertus, an
 unquam pecuniam repetierit, et istud Con-
 vento notificaverit. Inde ha litera Dña Act-
 trici nullo modo possunt patrocinari, quia
 ipse tenore literarum ad conventum sub dato
 d. 25 Febr. 1698 misarum, qua Actis inserta,
 et à teste iam recognita sunt expressa se
 declarat: casu quo Rasmus Dñs Abbas Oli-
 vensis quasdam difficultates fecerit, non time-
 at Vra Domnao ego omnino medium perficiendi
 negotii inveniam, cum eò venero, quemadmodum
 idem similiter ex jam allegatis et ad Testem sub
 data d. 20 Febr. 1698 scriptis literis sole clarius patet.
 Cum ergo

Cum ergo per propriam submissionem attememorata
 Dña Principalis exportationem Consensus in se
 suscepit, edicto Conventus semel pro semper ab
 ea liberatus et dimissus est ita, ut quod prememo-
 rata Dña Actrix semel in se suscepit etiam ipsa
 in effectum deducere et sibi Consensum procurare
 debebit, siquidem dicimus: Quod ab initio est vo-
 luntatis, ex post facto fit necessitatis. Prout ergo
 Conventus inhaerendo superioribus Decreto Nobis
 Judicii Advocatialis, submitit ad pronunciamdum,
 quod Dña Principalis Actrix nulla tenus suum assertum
 Conventus autem Assertionem suam quod scilicet
ipsa in mora solvendi fuerit, et procurationem
 Consensus in se suscepit, plene probaverit, et
 proinde ab impetitione actorea partis absolvi
 aut attememorata Dña Actrix eo stringi debeat
 ut Convento (quoniam iste ad traditionem Aula
 paratus est: residuum pretii una debitis In-
 teressis et expensis, quae ad 9443 Florenos ascendunt,
 praeva liquidatione solvat, jure mediante.

Salvis de Jure Salvandis.

Actum coram Judiciis Avoca-
 tiali. die 3 Octobr: 1709. —

In termino ex citatione proveniente comparuit
 tam Substitutus Mandatarius Illrma Dña
 Generalissa de la Motte quondam Vidua Comi-
 tissa de Doenhoff Actricis principalis, quam
 Mandatarius Spolis Dni Petri Wast Conventi coram
 Judiciis Advocatiali ad audiendum Sententiam
 definitivam, et Actorea quidem pars petit pub-
 licationem Sententiae cum rationibus decidendi,
 inquam petitionem pars consensit, unde sequens
 Sententia definitiva est publicata.

30

Sententia Definitiva

49

Ad exhibitum Actionis libellum ei^{us} oppositam Ex-
ceptionem peremptoriam item ad Replicam ac
Duplicam, ut et ad desuper expeditas Pro et
Reprobationes in puncto quarundam pecuniarum
in venditam Aulam Emphyteuticam prænume-
ratarum modo repetitarum in causa (Tit) Dni
Casparis de Schenk Baronis de Tattenburg tan-
quam Mandatarii Ill^{ustrissimae} D^{omi}n^{ae} Comitissa de
Doenthoff modo in maritali Assistentia sua
Excell^{entissimae} D^{omi}n^{ae} Generalis de la Motte Actoris ab una
et D^{omi}n^o Petri Wast Conventi ab altera parte N^{obili}
Iudicium Advocati^{ale} praevia diligenti lectione
Actorum et sufficiente circumstantiarum
hujus causa inspectione pro justo decernit et
pronunciat. Quandoquidem secundum Jura
Emphyteutica et pervagatam praxin firmi-
ter obtinet, quod Venditor ex quo Emptionem su-
per Emphyteuticum bonum vel Fundum firmia-
vit et contraxit, de consensu Directi D^{omi}nⁱ in Scripto
extradendo curam gerat, quò Fundum Emphy-
teuticum vendere et illi quidem emptori, cum
quo de Emptione convenit, eundem facta pre-
tii determinati perceptione judicialiter tra-
dere, ipsumq^{ue} intromittere valeat, sive consensum
talem ad proprias preces, aut ad Emptoris coo-
perantem petitionem; aut alicujus tertii inter-
cessionem acquirat, si unquam pretium ex parte
vel in totum nancisci velit, et si contractus vi-
gorem suum retinere, isq^{ue} nullitati et invaliditati
obnoxius fieri non debeat, prout privata traditio
non solum temeraria est, et absq^{ue} effectu, sed etiam
plane caducitatem aut commissum post se trahit;
Conventus

50.
Conventus vero Venditor Dñs Wast nihilominus
post terminatam emptionem et venditionem ante
quam Anno 1697 à Reverendissimo illius temporis Dño Abba-
te piæ memoriæ et à Vobis Conventu Olivensi tan-
quam Directo Dño Consensum in scripto exportavit,
ut ipsi Emphyteuticam suam Aulam Polaxe vende-
re, et emptricem modernam Dñam Actricem intro-
mittere ei^s judicialiter tradere liceat, in consum-
mationem venditionis jam de 6 Septemb. 1697. bis
mille et quingentos florenos sibi prænnumerari fecit,
et præactam Aulam præviâ Solutione Statuti
residui pretii trium millium florenorum Emp-
trici in termino Bachanatorum Anni 1698 ru-
mare sub vadio similis Summæ stipulatõ ap-
promisit, ita ut post talem Venditionem
et acceptam pretii partem à præmemorato
illius temporis piæ defuncto Dño Abbate prævisè
eam ob causam, quod Aulam ea ratione absq;
consensu vendiderit, difficultates experiri debu-
erit, prout Testis Dñs Metrich Grunau in Re-
petitione finaliter in eo persistit, quod Conventus
talem causam perperâ difficultatis ipsi aperu-
erit et dixerit; Ea propter culpa, quod neq; consensus
neq; emptio et venditio libellatæ Aulæ suam
existentiam, effectum et ulteriorem plenam
consummationem nancisci potuerit, (quemad-
modum Actorea pars sufficienter probavit et
deduxit) in Convento residet, nec iste ulla cum
fundamento culpam à se in Dñam Actricem
devolvere valet, de qua probatum non est, quod
Consensum impediverit, aut in causa fuerit,
unde Dñs directus Dñs Abbas illius temporis
et Vobis Conventus porro nullum Consensum pro ven-
ditione

31

venditione extradere voluit; Exinde vero quod illa
tenore amborum suarum literarum sub data
20 et 25 Febr. 1690 se obtulerit, se velle difficultates
quando Gedanum pervenerit, cum Dño Abbate di-
luere et sese scituram esse, cum ipso agere, de jure
nullam culpam non subsecuti Consensus in se
traxit, dum neq; conditio extitit, ut illo vere Geda-
num pervenerit, prout tenore suarum literarum
infirmittatis causâ eo pervenire non potuit,
neq; tale ipsius oblatum ad pactum aut stipula-
tionem nec eo trahi potest, ac si Dña Actrix à
Convento procuracionem Consensus in semetipsam
Preceperit, et licet hoc oblatum etiam mediante
Pacto aut Stipulatione pura factum esset, tamen
inutile fuisset, quia in ipsius potestate non
fuit, ut illam difficultatem, ubi Dñus Abbas illius
temporis testantibus literis sub data 29 Junij 1690
penitus noluit, ut Emptio et Venditio quæ absq;
ipsius Consensu facta, existentiam consequeretur,
imprimis ne Dñæ Actrici venderetur, sed Dñus Wast
suam Aulam ipse possidere deberet, removeret et
absolveret, nedum quod sine Curatore se ad id
obtulerit, Præter hæc omnia, licet penes ipsam
stetisset, Consensum exportare, id vero intermi-
sisset, non tamen ipsi in quandam culpam im-
putandum foret, sed Perundum jura facultatem
habuit, re adhuc integra, antequam conventus
à sua parte contractum adimpleverit, à Con-
tractu, alias per se invalidi, resiliendi, poeni-
tendi, prout tenore ad Acta productarum litem.
rarum sub data 11 Aprilis 1690 et quidem per
Dñum Grunau uti ipse ad Posit. 10. et 11. de,
ponit, et literæ sub data 20 Junij 1690 id
confirmant, pecuniã prænúmeratam
ipso opere.

Fet prænu-
meratam pe-
cuniã re-
petendi,

ipso opere repetiit, et ex quo conventus id recusavit,
ipsi ultimariè electionem reliquit, an illam pecuniã
restituere, aut pecuniã accipere, ex adverso, prout
in hoc contractu bona fidei ista electio aliter non
 est intelligenda, Eadem aulam judicialiter tradere
 ipsamq; intromitti curare vellet, ad quam intromis-
 sionem illa Dño Grunau speciale dederat mandatũ
 teste plenipotencia sub data 3 Septemb: 1697 quo
 casu Ista secundum Testis depositionem ad posit.
 5 residuum pretii solvisset; Et quoniam è contra-
 rio conventus neq; aulam judicialiter per Intro-
 missionem tradere voluit, neq; ob defectum consensus
 eã ratione tradere potuit, frustra verò nihilominus
 residuum pretii solvi curavit, et contractũ in ha-
 rere voluit, ad privatam traditionem affectatè ab-
 effectu et gratis se offerendo; Proinde conventus Dñũ
 Wast, cum præterea contra præallegata Documenta
 neq; in formalibus, neq; in materialibus in Actis quid-
 piã exceperit, et eis contradixerit, sed illa admi-
 serit, cum suã instituta conditioni oppositã
 Exceptione peremptoriã, ut et multò minus
 cum sua Reconventionẽ prætensorum 9443
 causã ita comparatã exaudire non potest,
 sed tenebitur bis mille quingentos flũos ob causam
 acceptos causã non secuta restituere, et Dñã
 Actrici retradere, idq; unã cum usuris sive pro-
 visionibus sex pro centum, à tempore mora
 ab illo tempore solvendis, ubi conventus ultima-
 riè tenore literarum die 24 Aug. 1698 datarum
 electionem habuit, pecuniã restituendi, vel
 pecuniã accipiendi et ex adverso aulam ju-
 dicialiter tradendi et Dñã Actricem intro-
 mittendi et neq; unum, neq; alterum præstitit,
 sed

sed pecuniam et Aulam in suum usum retinuit,
 quod Tempus morae ex causa relevanti à die 6ta Sep-
 tembris 1698 pro firmo statuitur, compensatis quo-
 dem expensis. Quod reliquum est, Instigatori
 officii non pracluditur, suum Jus in hac causa pub-
 licum concernente, cujus deductionem post conclu-
 sionem Partium obtulit, aliã viã attendere, prout
 Juris est, idq; jure mediante.

Post publicationem hujus Decreti Mandataris
 Spblis Dni Petri Wast appellando ad Pr. Mm ac
 Rndsmam Dnum Abbatem hujus loci provocavit,
 cui Appellationi Nble Judicium Advocatiale
 in summum honorem Per Mm ac Rndsmi Dni
 Abbatis debita cum veneratione detulit, et Appellan-
 ti terminum ad prosequendam Appellationem præ-
 fixit, quando ad instantiam Partis Appellate
 citabitur.

Facta ab utraq; Parte litigante
 horum Actorum Appellationis re-
 visione et collatione Acta ista de-
 bite sunt subscripta et sub sigillo
 Judicii Advocatialis Parti Appel-
 lanti, ad introducendum in termino,
 sunt extradita. Olivæ die 4ta
 Februarii 1710. —



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.